



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 24. Quis rescire possit, & ad quem spectet judicare, an hæc vel illa opinio sit probabilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

quia quandoque primi auctores ejusmodi sententiarum non satis examinarunt utrumque fundamenta, reliqui autem transcriperunt tantum, & similiter cœcè secuti sunt; quandoque successu temporis inventæ sunt novæ rationes convincentes aut principium certum in contrarium; quandoque emanarunt declarationes, per quas antiquatæ sunt ejusmodi sententiae & elisa earum probabilitas. Sapienter dixit Cardin. Sfondratus in Reg. Sacerd. I. I. §. 20. & I. 2. § 14. n. 6. *Sunt opiniones instar monetæ, cuius valor non ex numero sed pondere & metallo estimatur: sic opiniones, non Doctorum numerus, sed major ratio, veritas & prudentia commendat, alsoquin semper vincerent facti, quorum numerus, quam prudentum major est.*

Q. 24. Quis restare possit & ad quem spectat 150
judicare, an hæc vel illa opinio sit probabilis. R.

§. I. De probabilitate intrinseca opinionis pos-
sunt judicare soli doctissimi & in re morali versatissimi,
non autem mediocriter docti, ita *Tapia, Moys,*
Carden. in I. cr. d. 59 n. 4. Ratio est, quia ut sciatur,
an hæc opinio sit intrinsecè probabilis, sciri dehet,
quid sit stricta probabilitas, item conferri debent
motiva hujus & oppositæ opinionis, ac considerari,
an motiva pro hac non sint fortè levia, dubia, & qui-
voca, Sophistica, item an non pro contraria sint mo-
tivacerta, hoc autem non possunt nisi viri doctissimi
& in re morali versatissimi, ergo. Notat autem spe-
cialiter *Gran.* viris ingeniosis parum in re morali
versatis maximum esse periculum hic errandi, nam
facile nova inveniunt, & quæ invenerint, facile judi-
cant certa, (quia suum cuique pulchrum) cùni ta-
men aliis sapientibus sæpe videantur frivola.

§. II. Vir mediocriter doctus potest judicare de 151
probabilitate extrinseca opinionis, si statum quæstio-

nis rectè intelligat, & assertam inveniat in auctori-
bus hujus ætatis omni exceptione majoribus, si enim
hi affirment niti gravi fundamento aut esse probabi-
lem, credere potest, quia scit alios prudentes ita judi-
care, ita *Carden.* n. 7. *Dixi*, hujus ætatis, nam multæ
opiniones antiquorum amiserunt probabilitatem, ut
constat ex q. præced., deinde multæ etiam recentio-
rum per damnationem Pontificum etiam amiserunt
probabilitatem, uti à n. 201. dicetur, de hoc autem
admonebunt auctores, qui hac ætate & post damna-
tiones factas scribunt.

252

§. IH. Si auctores opinionis non sint notorii
omni exceptione majores, non poterit de probabili-
tate extrinseca opinionis judicare, nisi doctissimus &
in re morali versatissimus, ita *Tapia*, *Gran.* *Carden.*
n. 11. Probatur, nam valde difficile est rescire, an con-
ditiones ad auctorem omni exceptione majorem re-
quisitæ huic vel illi convenient, uti constabit ex di-
cendis à n. 160.. rescire enim debet, an non fortè sa-
pe doceat ex levi fundamento, an non sape laboreat
in æquivocis vel sophismatibus, an non doceat sin-
gularia & exotica sine sufficiente ratione &c. Ex his
patet, quam periculosè procedant, qui quamlibet
opinionem auctorum statim arripiunt, quia favet li-
bertati, commodo, lucro vel voluptati suæ, & non
examinant, imò sape ipsi discernere non possunt, an
sit verè & practicè probabilis.

153

Q. 45. An auctoritas unius faciat opinionem
esse certò probabilem. R.

§. I. Alex. VII. damnavit hanc 27. prop. Si li-
ber sit a ieiunis Iunioris & moderni, debet opinio-
nem censeri probabilis, dummodo non constet rejectam
esse à sede Apostolica tanquam improbabilem. Ex
damnatione illa patet, non ideo præcisè censeri de-
bere opinionem probabilem, quod doceatur ab uno
auctore